

4702 [= C. I² 2 n. 2516 a-d] quattuor cippi lapidis Tiburtini inter se aequales. Exstant secundum viam primariam dispositi locis antiquis, occidentem versus eunti a dextra. Enumero singulos ab oriente ad occidentem procedens.

a $1,18 \times 0,58 \times 0,20$; ante portam Romanam, presso la base della Salus Augusta (supra n. 4324).

b $1,59 \times 0,60 \times 0,50$; alla fine del portico a tetto spiovente (Calza Ostia, guida p. 90) verso la porta, all' angolo di esso, sotto il marciapiedi, fu scoperto un pilastro di blocchi di tufo di m. $2,50 \times 2,20$; sul lato ovest di questo pilastro, in un incasso fatto apposta, rimane in piedi il cippo.

c $1,08 \times 0,59 \times 0,25$; immediatamente dopo la via dei vigili (a chi viene dalla porta); addossato ai tufi parallelepipedi, che fiancheggiano la strada più antica, fondato a m. 1,45 sotto il piano stradale e a m. 0,44 sotto i tufi. Questo cippo sta a m. 95,60 dal secondo (b), il quale è collocato sopra la linea dei tufi; ed a m. 142,50 dal primo (a).

d $1,50 \times 0,62 \times 0,29$; la soglia della taberna n. 15 a sud dei grandi horrea (cominciando da est, immediatamente dopo la fontana, v. tab. Not. d. sc. 1913 p. 399; Calza guida p. 112) consta di più pezzi di travertino in quibus is cippus de quo agimus. Il piano di posa è a m. 1,50 sotto il livello del decumano più tardo.

C·CANINIVS·C·F

PR·VRB

DE·SEN·SENT

POPLIC·IOVDIC

Vidi.

a Vagliari Not. d. sc. 1910 p. 64. Hoc exemplar valde mutilatum est; supersunt paucae litterae versuum 3. 4.

b idem ibidem p. 232 cum imagine p. 233 (inde Dessau Inscr. Lat. sel. 9376); idem imaginem Bull. comun. 1911 p. 237.

c idem ibidem p. 554. — 1 fin. c·f editio; mihi etiam littera c perisse videbatur.

d edidit Paribeni una cum n. 4703 Not. d. sc. 1918 p. 134.

Tractaverunt Vagliari Dessau Paribeni ll. cc. Vagliari Ostia, cenni stor. e guida p. 53. Carcopino Journal des savants 1911 p. 465 sq.; idem Virgile et les origines d' Ostie p. 13sq. R. Delbrück Arch. Anz. 1911 col. 176. Ashby Journ. of Rom. stud. 1912 p. 156. Huelsen Internat. Monatsschrift für Wissenschaft., Kunst und Technik VII 1913 col. 1421sq. Calza Ostia, guida p. 85.

4703 [= C. I² 2 n. 2516 e] cippus lapidis Tiburtini ($1,16 \times 0,54 \times 0,11$), a contatto col cippo 4702 d, verso ponente, posato sullo stesso piano; la testata superiore viene a capitare sotto la soglia della taberna. Litterae a. 0,06-0,045.

PRIVATVM
AD TIBERIM
VSQVE AD
AQVAM

Descripti. Edidit Paribeni una cum n. 4702 d Not. d. sc. 1918 p. 132. Tractavit Costa Rendiconti della r. acc. di Bologna 1918/19 p. 163sqq.

4702 C. Caninius C. f. pr(aetor) urb(anus) de sen(atus) sent(entia) poplic(um) ioudic(avit). Tituli inter Ostienses antiquissimi, secundi fere ante Christum saeculi, certe non recentiores aetate Sullana. Quibus fortasse aequalis est titulus n. 4703, quamquam id non constat; situs est, ut supra diximus, iuxta cippum n. 4702 d (qui inter illos quattuor longissime ad occidentem collocatus est), intuenti a sinistra, i. e. occidentem versus. Ergo videtur tantum agri, quantum pertinet a via primaria ad Tiberim et terminatur ab occidente linea ducenda a cippis 4702 d. 4703 usque ad fluvium, publicum iudicatum esse; ad occidentem autem ab illa linea ager erat privatus. De terminatione agri publici cf. Mommsen Staatsrecht II³ p. 435. Dessau Inscr. Lat. sel. 5938sqq. Qua propinquitate C. Caninius harum inscriptionum auctor iunctus fuerit cum C. Caninio Rebilo praetore anni a. Chr. 171 (Liv. XLII 28, 5; 31, 9), incertum est.

4704 cippi lapidis Tiburtini tres (a. b. c), rep. locis antiquis secundum dextram ripam antiqui alvei Tiberis; ex quarto cippo, qui repertus est facendosi un ponticello sulla nuova strada del principe Aldobrandini che conduce dal suo casale alla via di fronte al castello (Not. d. sc. 1924 p. 262 not. 3), superest pars inferior tantum.

(a)

C·ANTISTIVS·C·F·C·N·VETVS
C·VALERIVS·L·F·FLACC·TANVR ?
P·VERGILIVS·M·F·PONTIAN
P·CATIENVS·P·F·SABINV
5 TI·VERGILIVS·TI·F·RVFVS
CVRATORES·RIPARVM·ET·ALVEI
TIBERIS·EX·S·C·TERMINAVER·
R·R·L·P

in parte postica cippi c:

SINE PRAEVDIC
PVBLICO·AVT
PRIVATORVM

a imaginem cippi Calza Not. d. sc. 1924 p. 259, in qua titulus haud legi potest; inscriptionem (nam huius cippi videtur esse) p. 260. Vidi partem supremam tantum cippi: pars inscripta latebat in terra. — 2 fin. cf. infra c.


b imaginem Calza l. c. p. 260 parum perspicuum, ex qua appareat titulum gemellum fere fuisse tituli a, sed perisse versus exeuntes 1-4. V. 7 fin. legitur TERMIN (haud TERMINAVER), v. 6 fin. agnoscere mihi video RIPARVM ET. Versum 8 in imagine non video.

c descripsi ex inscriptione frontis versus 1-3 et partem superiore litterarum versus 4; cetera latebant in fundo. Calza nuper lapidem effudit et misit imagines photographicas ex ectypis gypsaceis exceptas; inde descripsi titulum partis posticae; imago frontis satis obseura est. — 1 AN^{II}STIVS. — 2 fin. FLACC·TANVR descripti; hastam perpendicularem, quam in fine notavi, etiam in imagine ectypi agnosco. Comprobari igitur putaveris lectionem, quam Calza dedit in inscriptione cippi a; tamen TANVR quid sit ignoro (cognomen alterum Flacci?), emendandum esse Flaccianus coniecerim. — 3 fin. PONTIAN// (in fine quicquam perisse non certum est). — Vv. 6. 7 exeuntes congruunt cum titulo a (cf. b). — 8 litteras RRLP in hoc exemplari incertas esse mihi scripsit Calza; in imagine ectypi eas omnino non video.

Necesse est omnes has inscriptiones denuo conferri; quod facere me non potuisse valde doleo. Fragmentum exemplaris quarti vel potius quinti habemus, ut monet Calza, supra n. 192. De curatione alvei Tiberis cf. Dessau Inscr. Lat. sel. n. 5922sqq. Hirschfeld Die kais. Verwaltungsbeamten² p. 262sqq. — 1 C. Antistius C. f. C. n. Vetus cos. fuit a. p. Chr. 23, cf. Pros. imp. Rom. I p. 88 n. 608. Ceteri curatores nobis adhuc ignoti sunt. — 8 r(ecto) r(igore) l(ongum) p(edes), desideratur numerus.


Statio alvei Tibe[r]s[s] commemoratur in titulo nuperrime reperto infra n. 5384.

5409 fragmentum, $0,44 \times 0,37 \times 0,027$; litt.
a. ca. 0,035.



Misit Kristoferson.


5410 fragmentum, $0,425 \times 0,23 \times \text{ca. } 0,025$;
litt. a. 0,025–0,02.



Misit Kristoferson.

1 *colum[n-?]* An *tem]plum?* (nisi fin. est N). —
3 *Ti]nucio?*

5411 fragmentum ($0,44 \times 0,62 \times 0,07$; litt.
a. 0,13–0,105); *il margine superiore segato.*



Misit Kristoferson.

1 *Cae]cili-?* — 2 fin. 3 e. g. *sevir Augustalis*] |
ide[m quinquennalis.

ad n. 4309. V. 3 *[sanct]o caelesti* supplere proponit Dessau; cf. supra
n. 3530 *Bonae deae sanctissimae caelesti.*


ad n. 4326. Stationem vectigalis ferrariarum (fortasse Gallicarum, cf. Dessau
Inscr. Lat. sel. 1359. 8641) fuisse Ostiae (in foro ut videtur) appareat,
ut monet Dessau, ex tessera plumbea quam edidit Garucci *Rev. numism.*
1862 p. 447 n. VIII, imaginem tab. XV 8; idem *Dissertazioni archeol.*
di vario argomento II (1865) p. 77 et inde Rostovtsew *Catal. des plombs*
de l'antiquité (1900) p. 40 n. 3: *STAT·FERR·FOR·OS[T]* (caput Commodi
dextrorum), id quod Garucci explicavit *stat(ionis) ferr(ariae) for(iculorum)*
*Os[t]iensium], rectius ut videtur Rostovtsew *stat(ionis) ferr(ariarum) for(i)**
Os[t]ensis]. Cf. stationem quadragesimae Galliarum et Hispaniarum
supra n. 4708.

ad n. 4467 v. 3 sq. Ita fere supplevit iam Vollmer *Inscr. Baiuar. Rom.*
p. 201.

ad n. 4499. Litteras *C·T* (in marg. dext.) Dessau explicare mavult *c(on)-*
t(ubernalibus), cf. n. 4385. 4509. 4510. 4511.

ad n. 4533–4535. Memoratu dignum videtur, quod in columna priore
apices positi sunt, in altera autem omnino desunt; fortasse licebit inde
aliquid de ratione fastos inscribendi colligere.

ad n. 4538. Fragmenti novi (b) nunc ipsum reperti ectypum misit mihi
Guido Calza.



Fragmentum b descripsi ad ectypum, ut potui.

Quae supra adnotavi ad n. 4538, novo fragmento vel comprobantur vel
corriguntur. — b 1 in. A vel M; interpunctio ante N mihi incerta. Num
primi versus pertineant ad regem Decebalum, mihi nunc dubium est;
ceterum docemur versus longiores fuisse quam esse videbantur. — b 2 fin.
dies triumphi, ut videtur; fortasse sequebatur nomen Traiani. — 4 supple-
mentum mihi certum videtur; sed qua ratione hic Cn. Sentius Clodianus
cohaereat cum Sentio Clodiano n. 410, Cn. Sentio Clodiano n. 5374, Cn.
Sentio Lucilio Gamala Clodiano n. 377. 409, non constat. — 4 fin. incipit
nomen alterius duumviri a. 102.

ad n. 4702. Libri quem hic et alibi citavi *Ostia, guida storico-monumentale* (scripsit Guido Calza) nuper prodit editio altera.

ad n. 5136. Titulus non videtur sepulcralis esse, sed ad aliquod opus publicum pertinere.

ad n. 5165. De nomine gentilicio *Aclius* v. W. Schulze *Zur Gesch. lat. Eigennamen* p. 111. 183.